



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphaliae, 1608

Capvt VII. Flagitia & peccata quædam Mariæ Caluinisticæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

CAPVT VII.

Flagitia & peccata quadam Mariae
Caluinistica.

NEc vero Christi Mater posthæc vsq; ad finem vitæ absq; peccatis ijsq; grauibus vitam traduxit, prout ex testimonijs in thesicitatis videre est. Quorum peccatorum obiectorum ex Harm. Caluini primum ad I. Luc. versic. 34. *obiectio est*, ait, Prædicans: Rectè. Sed huic obiectioni sic respondet Caluinus: *non magnopere laborandū esse, vt Mariam ab omni vitio purgemus.* Quo ipso suæ pietatis scilicet affectum in Deiparam manifestat, dum fatetur vitia in Dei Matrem peccataq; cecidisse, idque confirmans & eam simul culpans: *fide enim* (ait) *transcendere debuit ad immensam Dei virtutem, quæ minimè alligata est naturalibus medijs. Nunc autem in vulgari generationis modo subsistit.* Alterum vero locum in com. Caluini ad 2. c. Ioan. v. 3. inuenit viditq; expressis positum verbis, *Mariam in eo peccasse quod fines suos excesserit*: Sed addit, in eo dicto quid est mali? ô stupiditatem, quæ hominem nedū virginem matrem, in aliquo peccasse nō aduertit esse malū. Addit etiā ibid. Calu. *Quod sollicita est Maria de aliorum incōmodo, & mederi quoquo modo cupit, hoc humanitatis est & virtuti dandum. Sed interea se ingerendo (orando pro necessitatibus sponsi & sponsæ) Christi gloriam obscurare poterat.* Agnoscis Ma-

Christi Caluini mater grauius subinde peccauit.

Caluinus B. Virg. negat purgandam à peccatis.

Caluinus corrigit D. Virginem.

Maria excedit fines suos.

Obfuscat Christi gloriam intercedendo.



riomastigem. De tertio quæritur non in Harmonia apud Matth. c. 12. ad vers. 48. à se reper-

**Intempesti-
uius festina
est, & in or-
dinem vul-
garem mu-
lierum co-
gitur.** tum, sed in comment. ad Ioan. cap. 2. versic. 4. ubi Calvinus scribit: *matrem insimulat Christus, quod intempestive festinet, & eam in vulgarem mulierum ordinem cogit, nec iam matris nomine dignatur.* Laudo in hoc Prædicantem quod sui Patriarchæ malignum vlcus non notatum detegat: sed non laudo quod ad ostensum digito carcinoma in Harmon. ad cap. 12. Matth. versic. 48. cœcutiat, mordeatque aduersarios, quod citârint malè in quo fœdè ipsemet im-

**Importu-
na est.**

pegerit: Caluini enim verba ab ipsis citata sunt: *Non dubium est, quin his verbis (Quæ est mea mater) carpatur Maria importunitas, & certè prapostere cursum doctrinæ eius abrumpere tentabat.* Ita in Harmon. Anno 1582. Geneuæ impressa, loco cit. quibus oblatrâtis huius Calviniseque os opprimit. Etiam quartum deprehendit testimonium. Luc. 2. v. 48. hunc in modum expressum; *mori quidem ceteris maluisset sancta virgo,*

**Se Deo præ-
fert per in-
cogitantiam.**

quam ex certo animi proposito se Deo præferre. Sed dum materno dolori indulget, per incogitantiam delabitur, (vt se præferat Deo) Adde his ex Canisio in Mariali Brentium hom. 78. in Luc. 1.

**Arrogans
& elata est.**

Multa, ait, argumenta indicant matrem Iesu & cognatos euocasse Iesum, arrogantia quadam & elatione animi: & Mater & cognati Iesu ambitione sua tam grauius peccant, vt etiam palam per Christum pudeant. Non his dissimilia Oecolampadius effu-
tijt

tijt in cap. 2. Ioann. Melanthon vero cu-
 pedix Prædicanticæ annotatione in caput
 secundū Ioann. *Christus, ait, matrem reijcit, vt æ-*
quet eam alijs hominibus, & inquit; scias te non plus
esse apud me quam, vel mulier peccatrix est, vel Syro-
phœnissa. Quid hic amplius desideramus? etiā
 ne adijciam infernales istas voces Spangen-
 bergij in Postilla, *propter amissum filium eam di-*
gnam fuisse supplicio sempiterno? eam nihil aliud,
quam extremam internecionem. & perpetuam dam-
nationem, vt ait Brentius, meruisse? omittam
 modo blasphemias Buny in exercitio Chri-
 stiano pag. 369. ne rursus eum, vti in sua fecit
 Apologia §. 36. Vorstius prædicantica meta-
 morphosi transformet in Bullingerum, & pro
 Anglo Heluetium, pro quatuor peccatis mor-
 talibus, quatuor tentationes ad peccata Super-
 attendentiali licentia supponat. Si ignorabas
 (vt ais) malitiose calumiator, quid hominis
 esset Calvinianus iste in Anglia Minister; si
 nesciebas quid libri foret, Exercitium Chri-
 stianum Buny, si non legeras opus hoc Mini-
 strorum Principi & Archiepiscopo Ebracen-
 si Calviniano dedicatum, quid Iesuitas de eo
 mentitos asseueras? non vidisti librū, ne qui-
 dem fando nomen audisti: vnde igitur habes
 in eo nō esse citata à Iesuitis? quæ hæc tua impu-
 dentia, etiam plus quam Calviniana, in eo mē-
 dacij aduersarios infimulare, de quo scias pla-
 nē nihil?

Maria æ-
 qualis mu-
 lieri pecca-
 trici in Eu-
 angelio.

Digna est
 inferno.

Vorstius vt
 cæcus de
 coloribus,
 iudicat,
 quæ igno-
 rat prorsus

Vorstio
mater Dei
peccauit.

nihil? Itane præ odio immani in Iesuitas abreptus es à te ipso, & ab omni ratione, vt videre non possis, vel ex hoc vno loco tuam in calumniando mētiendoq; libidinem etiam luscis fieri conspicuam? Sed & alios quid excusare paras, quasi matrem Dei non perstrinxerint, quando tute § 40. ais: *Qui omnia omnino peccata quantumuis exigua penitus à Christi matre excludunt, eos errare errorem valdè perniciosum & §. 41. eam in peccato originis conceptam, & nonnunquam aliquod actuale peccatū admisisse. an non & hoc est grauissima macula Deiparam cōspurcare? Audi August. lib. de natura & gratia ca. 36. cum de peccato agimus, nullam de virgine matre haberi volo questionem. Quibus astipulatur D. Bern. serm. 2. de assumpt. & Epist. 174. absit, inquit, vt proprij quicquam inquinamenti, hæc aliquando habuisse dicatur. Vide Suarez Tom. 2. in 3. part. D. Thom. disp. 4. sect. 4. Bellarm. lib. 4. de amiss. grat. cap. 16. Quod si autem magis te recreat tuus Mahometus Calvinizans, accipe ex Magdeburgensibus centuria 7. cap. 15. col. 607. Azoar 31. & 5. de quibus in thesi 17. Ibi Christi Matrem, & Virginem, & ab omni culpæ malo liberam dici à Mahomete intelliges. Quid? quod etiam (si patientem præbeas aurem lallantibus Catholicorum puerulis) ij à Gabriele edocti docere te possint. Mariam fuisse gratia plenam, à quâ plenitudine peccatum excluditur. Ita enim Magnus tibi tuus enarrat*

Luthe-

Lutherus Postilla in Annunciationem: Maria Luthero
 plena est gratia, per quod omnis peccati pura caret Marię
 cognoscitur. Intellexit' hoc Prædicans? Non peccatis.
 Hieronymi alicuius, non Thomæ cuiuspiam
 vox hæc est, sed tuus ita explicat Magister Lu-
 therus, post Athanasios, Sophronios, Hiero-
 nymos, aliosq; Patres citatos à Suarez. Acqui-
 escēsne iam si non sanctis Patribus, saltem auo
 tuo Luthero? non inquis §. 38. *quia in Græco est*
κεχαριτωμένη. appositè. Gabriel Græcè scilicet
 est locutus in Iudæa ad virginem græca non
 intelligentem, sed tamen intelligentissimè ad
 interrogata respondentem: Virgo Hebræum
 vel Syriacum sermonem tantum callebat, &
 tamen prudenter Angelo græcizanti occurre-
 bat, credebat, acquiescebat. Attamen *κεχαριτω-*
μένη græcus habet textus. Sit ita, rem ipsam ex-
 primit, & id quod Latino nõstro consentiens
 indicat Syriacus, *male a h tabuta*, quodque tam
 Græci quam Latini Patres vno consensu con-
 tra Nouatores recipiunt, vt sit idem, quod gra-
 tia plena. *Quæ expositio si (vt ais) merito hic non te-*
netur abs te, quem vis vt in transferendo se qua-
 mur? An Erasmus & Bucerum, qui reddide-
 runt, pro gratia plena, gratiola? At eos explo-
 dit Beza sacramento affirmans dicendum gra-
 tis dilecta. Num Bezam igitur? sed eum non
 audit Castalio vertens, Deo grata. Rursum
 non conuenit Caluino cum castalione, & ob
 id exponit, gratiam consecuta. Bullingero
 pla-

Obiect.
Refutat.

Quid sit
Mariam
gratia ple-
nam.

Verrigo
Reforma-
torum Sa-
cramenta-
riorum

placet gratificata & dilecta, alijs arridet vel gratis iustificata, vel gratis dilecta, vel in gratiam recepta, & quid non? mille opinionum species, nec voto viuitur vno in Calvinismo: quot capita tot ibi sententiæ: quot grāmatico-rū deliria, tot sacrosancta interpretamēta sunt Sacramentariorū. Vna Catholicæ Eccles. vox fuit, est, & erit. Aue gratia plena, sed plena vt flui^o ex plenissimo gratiæ fonte Christo deriuatus, sanctosq; ceteros sua plenitudine exuperās, haud aliter ac plenos riuos excedit flui^o.

THESIS DECIMASEPTIMA.

COROLLARIA. I. genuinum articulum Calvinisequarum hunc esse: **QVI CONCEPTVS SPOLIATVSQVE GLORIA EST DE SPIRITV SANCTO,**

NATVS EX MARIA NON VIRGINE.
 Turcæ melius de B. Maria quā Calvinistæ sentiunt.

2. Turcas multò sanius sentire de hoc articulo; quā Calvinistas. Eorū enim AZoar 31. est: *Omniū mulierū optima Maria, ab omnib. intacta, animam suam Deus insufflauit, & illā Filiumq; eius manifestū gentib. miraculum posuit. Et AZoar 17. Maria nunquam aliquid mali, siue malitiæ operata est.* 3. Calvinistas fustuariū apud Turcas non euasuros. Testis enim Theuet lib. 8.

Fustuariū Turcis mentur Calvin.
 Cofin. c. 2 apud Mahumetanos hanc constitutionem esse, vt siue quis Christianus, siue Maurus, siue Arabs, siue Turca Christum (illud verbum Dei) quem virtute Spiritus S. à Maria Virgine procreatum credunt; vel etiam ipsam Virginem, quam Deus creaturis omnibus puriorem fecit & excellentiorē, blasphemauerit, præter multam pecuniariam, sexaginta fustuarij plagas susti-

sustineat, Non sit vel fustium copia satis ampla, vel inopia è multis pecuniarum, si hæc pœna introducantur in Christianismum contra Calvinianos.

CAPVT VIII.

Mendacia Prædicantica circa hanc thesim.

ITa est, vnum existit tota Apologia Vortiana quasi farcimen conuitijs mendacisq; confertum, & ad illud caput poterant omnia vti hæcenus vidisti, Lector, referri. Sed æquum non est ijs numerandis pretium temporis impendere: Satis est superque si quandoque per interualla ex ijs aliqua subijciamus tuis oculis, quibus calumniatorem Prædicantem manifestæ falsitatis cum impudentia malitiâq; extrema coniunctæ damnes.

1. Mentitur art. 3. §. 37. *Quod Pontifex Romanus sit sedens in templo Dei tanquam Deus. Sedet vt Dei vicarius, & seruus seruorum Dei.*

2. Mentitur §. 40. *Cum negat Calvinistas vel tantillum de laudibus Sanctæ Mariæ detrabere. Detrahunt plus quam Mahometani, dolorem partus aliaque ei affingentes, vt ostensum est modo.*

3. Mentitur ibidem, *Mariam putari à Catholicis impeccabilem. Peccare pro arbitrij sui libertate, & ab intrinseco potuit, sed vt peccaret, Deus Spiritus sancti donis auxilijsque eam præueniens & subsequens, non permisit.*

4. Men-